



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1847**

DXII. Bischof Johann von Ratzeburg und Bischof Dietrich von Lebus bekunden, daß sie die Transmutation des Brandenburger Domstiftes ausgeführt haben, am 16. Dez. 1507.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

gendo apostolice favoris auxilium adhibemus. Sed de illis propensius cogitare nos convenit, quas propriis carere pastoribus inuenimus, ut eis juxta cor nostrum viri proficiantur idonei, qui commissos sibi populos per suam circumspectionem providam et providentiam circumspectam salubriter dirigant et informant ac bona ecclesiarum ipsarum non solum gubernent utiliter, sed etiam multimodis efferant incrementis. Sane nuper ecclesia Brandenburgenfis Premonstratenfis ordinis, cui bone memorie Joachim Episcopus Brandenburgenfis dum viveret presidebat, per obitum ejusdem Joachimi, qui extra Romanam curiam debitum nature persolvit, pastoris solatio destituta dilecti filii capitulum dicte ecclesie pro electione futuri Episcopi celebranda vocatis omnibus, qui voluerunt potuerunt debuerunt electioni hujusmodi commode interesse, die ad eligendum prefixa ut moris est convenientes in unum te tunc ipsius ecclesie Canonicum ordinem ipsum expresse professum in presbyteratus ordine et etate legitima constitutum ac in Decretis Licentiatum in eorum et dicte ecclesie Episcopum concorditer elegerunt, Tuque electioni hujusmodi illius tibi presentato decreto consensisti et deinde electionis hujus negotium proponi fecisti, coram nobis in consistorio petens illam apostolica auctoritate confirmari . . . . Nos igitur electionis hujus idoneitatem et merita persone tue examinari fecimus diligenter et quia invenimus electionem predictam de eadem persona tua, cum apud nos de jurium scientia vite munditia honestate morum spiritualium et temporalium circumspectione aliisque multiplicium virtutum donis fidedigna testimonia perhibentur, fuisse canonicè celebratam, illam de fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica approbamus et confirmamus, Teque eidem ecclesie in Episcopum proficimus et pastorem, curam et administrationem ejusdem ecclesie tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, in illo qui dat . . . et largitur premia, confidentes quod dirigente domino actus tuos prefata ecclesia per tue circumspectionis industriam et studium fructuosum regetur utiliter et dirigetur ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa . . . . igitur domini tuis impositum humeris prompta devotione suscipiens curam et administrationem predictam sic studeas sollicitè fideliter et prudenter, quòd ipsa ecclesia gubernatori provide et fructuoso administratori gaudeat se commissam, tuque preter eterne retributionis premium nostram et apostolice sedis benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis. Datum Rome apud sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo quingentesimo septimo pridie Nonas Octobris pontificatus nostri anno quarto.

*Gercken's Stists-Historie S. 674—676.*

**DXII.** *Bischof Johann von Ratzeburg und Bischof Dieterich von Lebus bekunden, daß sie die Transmutation des Brandenburger Domstists ausgeführt haben, am 16. Dez. 1507.*

Johannes Ratzeburgensis et Theodericus Lubucensis Dei et apostolice sedis gratia Episcopi, judices et executores conjunctim ad infrascripta, ac conservatores a sede apostolica specialiter deputati, — Literas sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri Domini Julii divina providentia Pape secundi, — nobis pro parte reverendi patris Domini Jeronimi eadem gratia electi et confirmati, nec non venerabilium et religiosorum virorum Dominorum Prepositi, Prioris, singulorumque Canonico-  
rum capitularium regularium ecclesie Brandenburgenfis, ordinis premonstratenfis principalium, coram

notariis publicis et testibus infra scriptis presentatas, nos ea qua decuit reverentia noveritis recepisse, quarumque tenor sequitur et est talis. Julius Episcopus etc. (No. DVIII.)

Post quarum quidem literarum apostolicarum presentationem et receptionem nobis et per nos ut premittitur factas fuimus per prefatum reverendum patrem Dominum Jeronimum electum et confirmatum, nec non venerabiles et religiosos viros Dominos Sigismundum Britzke Prepositum, Petrum Diriken Priorem, Matheum Randow, Nicolaum Brofike, Thomam Bryske, Paulum Hedderslewe, Joachim Dampmecker, Philippum Klitzink, Johannem Priordt, Ludovicum Luderitz, Petrum Ribbeke, Baltazarem Litzen, Petrum Bhemen, Mathiam Termow, Hermannum Schapelow, Baltazarum Stapel, Albertum Wegener, Thomam Diriken, Jaachim Smedt, Ambrosium Otterstede, Johannem Clitzinck, Wernerum Stechow, Wulfgangen Robel et Ottonem Smedt, Canonicos Capitulares regulares prefate ecclesie Brandenburgensis principales, coram nobis personaliter constitutos; ac pro parte illustrissimi Principis et Domini Domini Joachimi, Dei gratia Marchionis Brandenburgensis, sacri Romani Imperii Principis Electoris et Archicamerarii, debita cum instantia requisiti etc. — Nos igitur — auctoritate Apostolica nobis commissa et qua fungimur in hac parte, prefatos Dominos — (denuo hic nominatur totum Capitulum) regulares suppressimus et extinguimus, ipsumque statum regularem in statum canonicorum et presbyterorum ac clericorum secularium immutamus, ac ad statum hujusmodi secularium reduximus, ac in ea Capitulum seculare, nec non suppressis inibi dignitatibus et officiis claustralibus, videlicet prioratu, sacristiati et aliis officiis, que hactenus inibi fuerunt, preter preposituram, que inibi dignitas post pontificatum major remaneat, Alias dignitates, personatus, administrationes et officia, videlicet decanatum, cantoriam et thesaurariam — Sedecim canonicatus et totidem prebendas, ita et taliter quod sedecim antiquiores ex modernis canonicis regularibus inibi existentibus sedecim prebendas hujusmodi prout sunt hac prima vice obtineant — decedentibus alii antiquiores ex junioribus — succedant, donec et quousque numerus omnium canonicorum regularium eorundem, ad numerum sedecim canonicorum reductus fuerit; — Deinde aliquibus ex sedecim canonicatibus et prebendis hujusmodi vacantibus, jus patronatus sive presentatio persone idonee ad quatuor Canonicatus et totidem prebendas — Ad prefatum Dominum Joachim et pro tempore existentem Marchionem Brandenburgensem — pertineant; — Nec non alia beneficia ecclesiastica sub titulis et nominibus secularibus, videlicet sedecim vicarias quarum possessores perpetui vicarii ecclesie Brandenburgensis appellentur — Nec non quod Episcopus et Canonice alieque ejusdem ecclesie persone ante presentem nostrum processum regulares, si voluerint etiam exire in habitu clericorum secularium incedere et eorum habitum regularem sub veste sive mantello clericorum secularium deferre, — Et ab omni jugo religionis, tribus votis substantialibus emissis duntaxat exceptis, a quibus propterea absolvi non intelligantur, penitus exempti et liberati sint, statuimus et ordinamus. Ex predictis nullo apparente, qui ad alium locum regularem transferri voluisset, — tam reverendus pater Dominus Jeronimus electus et confirmatus, quam Prepositus, singulique Canonici capitulares prefati, vestem secularem induerunt et quilibet eorum induit. Nec non circa ipsius ecclesie illiusque canonicorum et personarum tam in spiritualibus quam temporalibus regimen ac gubernationem ac vivendi modum statuta et ordinationem edidimus et fecimus, que cum omnia in presenti processu inferi non poterant, in quodam libro per nos fieri jussu, qui liber statutorum ecclesie Brandenburgensis nominatur, continentur et habentur — Datum et actum in Burgo prope et contra muros veteris civitatis Brandenburgensis, ibidem in loco Capitulari hiemali, sub Anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo

septimo, indictione decima, die vero Jovis, sextadecima mensis Decembris, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri Julii divina providentia Pape secundi, anno quinto etc.

Gerden's Stifftshistorie S. 669-672.

**DXIII. Der Bischof Hieronymus bestätigt Nicolaus Brösike als Dechanten, am 17. März 1510.**

Hieronymus, dei gratia episcopus Brandenburgensis etc. Decanatu in ecclesia nostra sanctorum Petri et Pauli apostolorum Brandenburgensi prefata, cui bone memorie venerabilis vir dominus Petrus Diricke, dum viveret presuit, per ipsius vacante obitum, electionem ad decanatum eundem de venerabili nobis devoto, dilecto domino Nicolao Brosicke, canonico et thesaurario ecclesie predictae in sacerdotio et etate legitima constituto ac de legitimo matrimonio procreato, in quam vocatis omnibus et singulis ecclesie prefate canonicis, qui jure vel consuetudine electioni dignitatum et officiorum in eadem ecclesia debent consueverunt voluerunt et commode potuerunt interesse, statutis a jure temporibus servatis, canonicè et juxta ipsius ecclesie ritum celebratam, eo desuper requisito consentiente, et electionis decreto desuper confecto a nobis diligenter examinato, quum id rite confectum comperimus, idcirco illud ratificavimus auctorisavimus et confirmavimus, ratificamusque auctorisamus et confirmamus auctoritate nostra ordinaria eundemque dominum Nicolaum ad electionem hujusmodi de eo, ut persona ydonea ac virtute et morum honestate factam, recepto prius ab eo de obedientia et reverentia solito juramento, ad decanatum predictum institutum et investimus et investimus dei nomine per presentes, sibi nihilominus curam et coercionem morum in personas ecclesie atque administrationem ejusdem decanatus juxta ejusdem ecclesie consuetudinem tam in spiritualibus quam temporalibus committentes. Quare vobis venerabili viro Friderico Britzke preposito, in ejus absentia domino Mattheo Randow cantori supradicte ecclesie nostre committimus et mandamus, ut dominum Nicolaum Brosicke prememoratum decanum modernum sic, ut premittitur, a nobis confirmatum, vice et auctoritate nostris in et ad actualem, realem corporalemve vel quasi dicti decanatus juriumque et attinentiarum ejusdem inducat possessionem, stallum sibi in choro locumque decanalem in capitulo assignet aliisque adhibitis circa premissa ceremoniis debitis, solitis et consuetis. In quorum omnium et singulorum fidem etc. Datum et actum in arce nostra episcopali Seyeser, anno MDX. die vero dominica, septima decima mensis Martii.

Nach dem Originale.

**DXIV. Das Domcapitel verleiht dem Müller zu Fretsdorf eine Hebung aus der Mühle daselbst auf Lebenszeit, am 28. Nov. 1511.**

Wy Fridericus Domprobst, Nicolaus Brosicke Dechant, Matheus Randow Cantor, Philippus Klitzink Tesaularius, Thomas Briefst Senior und gantze Capittel der Kerken to Brandenburg Bekennen öffentlich In und mit dyssem unsem Briue gegen Jedermenichliken, dy ehen syhen edder hören lesen, dat wy unsem lieuen getruwen gores Tylen Molner tho Fretztorpp eynen